pventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentibus et pertinentibus ... universis nihil exequendo obtinebit et possidebit illisque uti fructuosum extrema vitae suae tempora. Post decessum autem Memoratae Consortis suae Dona supra expressa omnia ad Successores eiusdem Mariti sui sine quovis impedimento et contradictione praedictae Consortis suae Successoribus totaliter et plenarie devolvi debent.

Actum in Castro Praemisliensi Feria Secunda in Crastino Festi Circumcisionis Christi Domini Anno Eiusdem Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Quarto Korniaktowa Conventui Husakovien. Cedit.

1634
2/I

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensis Capitaneatus Praemisliensis Generosa Helizabeth de Tęczyn et Generosi Constantini Korniakt in Bialoboki Haeredis Consors relicta vidua sana mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem Jurisdictioni Castrensis Capitaneali Praemisliensi quo ad actum praesentem attinet secum Successoribus bonisque suis generalibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognitum. Quia ipsa de omni et integro Jure suo videlicet de Inscriptione Castrensi Praemisliensi sibi Recognoscendo per Generosum Samuelem Karaiowski Dapifer Terrae Praemisliensis super Summam Mille Ducentorum Nonaginta Florenorum pecuniae polonicae modo simplicis debiti facta et recognita laudo de praemissis in suo tenore testantur. Cum omnibus eiusdem Inscriptionis Conditionibus Punctis clausulis articulis vadiis ligamentisque universis eidem Inscriptioni appositis. Necnon de Summa Supraserta in praefata Inscriptione originali expressa Tum de Processu Juris toto ratione non Solutionis eiusdem Summae ad quodcunque Judicium et officium Regni eidem Generoso Karaiowski intentato in quovis Juris gradu dependenti Cum totali praemissorum Jure Dominii et proprietate ac quavis Prerogativa Cumque omnibus et singulis Summae praefatae utilitatibus ac emolumentis quibusvis Necnon Processus praefati Prerogativis. Nihil ex praemissis Juris proprietatis ac cuiuvis Competentiae et Prerogativae pro se suisque Successoribus

aut alio quopiam reservando seu excipiendo Verum praemissa omnia et
singula ipsamet Recognoscens concernebant ac eid. serviebant, tunc et nunc
et de facto Religioso Dominico Jasienicki Conventus Husakowiens.
Ordinis Beatissimae Virginis Mariae Regularis Observantiae Priori totiq.
Conventui eid. Moderno et pro tempore existenti cessit et condescendit prout
praesentibus cedit et condescendit, omneq. et integrum Jus suum sibi ad
praemissa serviens in personam praenominati Religiosi Prioris ac totius
Conventus Husakowiens. totaliter et plenarie transtulit transfudit in=
corporavit prout praesentibus transfert transfundit et incorporat perpetuo ho=
ipsum Religiosum Priorem ac totum Conventum nunc et pro tempore
existent. praemissa eid. praesentibus per se Recognoscens abrecessa tenendi ha=
bendi possidendi illisq. pacifice et quiete uti fruendi ac ad usq. suos
suorumq. Successorum quosv. beneplacitos libere et effectualiter con=
vertendi summam praedictam tollendi levandi percipiendi de levata
et percepta quietand. Processus praefatum in casu non persolutionis summae
eiusd. continuandi ac ad debitum executionis finem deducendi aliaq.
omnia pro velle et negotii praesentis exigend. peragend. idq. vigore praesenti
Juris originalis ea omnia latius in se complectens et praesentis Cessi
et condescensi hac praesenti personali recognitione ad praemissa eid. mediante

Koriatt. Eidem Censum Reemptionalem Inscribit.

Comparens personaliter Coram officio Actisq. praesentib. Castrens. Capitaneal. Bo=
chnensibus Generosus Alexander Lhigneus in Bialoboki Koriatt sa=
nus mente et corpore exempt. a Terris districtibus Juribus Jurisdictionibusq.
suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem Jurisdicti=
Castrens. Bochnens. quo ad actum praesentem attinet secum successoribus
bonisq. suis quibuscunque totaliter et plenarie incorporans atq. subiiciendo
palam libere publice ac per expressum recognovit, Quia ipse Religioso
Patri Dominico Jasienicki Conventus Husakowiens. Ordinis
Beatissimae Virginis Mariae Regularis Observantiae Priori totiq.
Conventui Moderno et pro tempore existenti summam Censualem

Quadraginta

Quadraginta Florenor. pecun. polonic. Census annui monetae et numeri in
Regno Currentis quemlibet Florenum grossis Triginta polonical.
computando. Pro summa Capitali Trium Millium Florenor. pecun.
polonical. monetae et numeri praemissorum in et super bonis suis et Genero=
si Caroli Koriatt fratris sui germani hereditariis Oppi. Husa=
kow in Pallatinatu Russiae et districtu Premisliens. consistens. cum
omni Jure dominio et proprietate omnibusq. et singulis eorund. do=
norum fructibus Proventibus redditibus emolumentis obventionibus et his
rerumq. et pertinentiis generaliter universis nullis penitus exceptis nec pro
suisq. successoribus aut alio quopiam reservatis, sed omnibus in genere
et singulis in specie comprehensis generi per speciem et e contra in nullo
derogando prout iam late longe circumferentialiterq. prout praefatorum
bonorum hereditatis sese suis metis et limitibus extendit ac protendit
ac prout eadem bona ipsummet Recognoscentem praefatumq. fratrem
eius concernebant ac eid. serviebant, Jure tamen reemptionis
alias na Wyderkaff vendidit ac modo reemptionis inscripsit prout
praesentibus vendidit ac modo reemptionis inscribit. Quanquidem summam
Censualem Quadraginta Florenor. pecun. polonic. Census annui praedicti
Recognoscens Generosus Alexander Lhigneus in Bialoboki Koriatt
seu eius successores bonorumq. praefatorum Heredes et possessores pro tempo=
re existentes in et super bonis suis quibusvis omnibus ac summis pecunia=
riis quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat quotannis quo=
libet festo Sancti Martini Pontificis annuatim incipiendo so=
lutionem eiusd. Census a primo venturo festo Sancti Mar=
tini Pontificis ad manus praefati Prioris Moderni et pro tempore
existentis mediante quietatione manuali eiusd. Superioris nunc
et pro tempore existentis realiter dare et solvere per suumq. proprium
nuncium ad Conventum praefatum transmittere. Idq. sub vadio Capitali
summae Correspondens Trium Millium Florenor. pecun. polonical.
perdendo. Recognoscens Generosus Alexander Lhigneus
Koriatt sive eius succes. ac bonorum praefatorum heredes et possessores praefati

Priori